Quelle: https://manuscripta.at/?ID=792
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



homines in tuis laudibus sedulos pius intuere Quo
rum mortibus condolens in tantum humilis factus
es ut mortem subires Tu deuictis inferni legi
bus resurgens triumphas Tu post crucem per
orbem gentibus imperas omnipotens filius dei.

In illo t. maria magdalene S Marcum
et maria iacobi et salome emerunt
aromata ut uenientes ungerent iesum.
et ualde mane vna sabbatorum ueniunt
ad monumentum orto iam sole. et dicebant
ad inuicem. quis reuoluet nobis lapidem
ab hostio monumenti. et respicientes uide
runt reuolutum lapidem. erat quippe ma
gnus ualde. et introeuntes in monumen
tum uiderunt iuuenem sedentem a dextris
coopertum stola candida. et obstupuerunt.
qui dixit ill'. nolite expauescere. iesum
queritis nazarenum crucifixum surrexit
non est hic. ecce locus ubi posuerunt eum
sed ite dicite discipulis eius et petro. quia
precedet uos in galileam. ibi eum uidebi
tis sicut dixit uobis. Credo dicitur Offertorium
Terra tremuit et quieuit dum resurgeret